



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

2. De cœna in Bethania. Ioan. 12.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

Pars quarta.

919

peditatis fuga & detestatio, Feruoris,  
spiritus crebra renouatio.

H I. *Tunc si quis vobis dixerit, Ecce  
hic est Christus aut illic, nolite credere.*  
præmunit eosdem fideles contra va-  
rios seductores, quales fuere tempore  
excidij Hierosolymitanorum, eruntque  
tempore Antichristi, nec modò de-  
sunt toti hæretici & falsi Christiani,  
qui doctrina & vita peruersa incautos  
in varios inducere conantur eiros.  
Horum omnes doli eludendi, crebra  
recordatione extremi imminentis  
iudicij, & tam paternæ præmonitio-  
nis filij Dei in stat fulguris repente ad  
horrendum illud iudicium venturi.  
Constantia in vera fide & sincera pie-  
tate contra omnes seductorum insi-  
dias colenda, & propugnanda.

*De cœna in Bethania. Ioh. 2.*

I. *Esum ante sex dies pasche in Bethaniam.*  
*cœna exceptu: est à Lazaro, Magdale-*  
*na & Martha, in qua Magdalena iterum*  
*vnxit pedes & caput Domini recumbentis.*  
O quali affectu reuerentiæ, humilita-  
tis, gratitudinis, amoris, oblationis  
sui cum Christo & discipulis, Lazarus  
recens resuscitatus recumbebat, Mar-  
tha ministrabat, Maria more suo pe-  
des eius lauabat, capillis tergebat, vn-  
guento

II.

guento pretioso vngebat, nec hoc contenta, fracto alabastro reliquum super caput dilecti sui effundebat! Quanto Christus gaudio horum omnium tam pia ex sincero corde praestita sibi obsequia excipiebat, & quam copiose nouis fauoribus & gratijs concessis compensabat! O quam gratiosus est harum virtutum, horum affectuum, ac desideriorum odor, quo replentur & recreantur non solum narres Christi, sed & totius Ecclesiae militantis & triumphantis! si Christi bonus odor desideras esse, harum virtutum actus ex sincera intentione frequenter stude. Fervor frequentandi actus & quidem eximios reverentia, humilitatis, gratitudinis, amoris, oblationis sui ipsius.

II. Iudas obmurmurat liberalitati Mariae ex auaritia affectu, & ceteri discipuli eius exemplo permoti ex indiscreto zelo, sub specie melioris boni. Si tam pium sancto sanctorum ex sinceri amoris excessu exhibitum obsequium habuit obtrectatores; quid mirum, si & tua minus perfecta, quantumuis ex bona intentione Deo proximisque praestita, habeant calumniatores? Tolerantia calumniarum & iniuriarum.

III.

III. Christus obreclatoribus os obstruit,  
Magdalenam defendit & exrollit, & ex  
quam pia intentione, ut videat prae-  
niat corpus suum ungere ad sepulturam,  
quod illi postea non licuit, manifestè osten-  
dit, idque in toto mundo celebrandum pra-  
dicit. En quam mira prouidentia Dei,  
ipsas etiam calumnias in gloriā suorū  
electorum, non solum in altera, sed &  
non raro in hac vita conuertentis!  
Nunquam enim hoc amoris Christo  
exhibitum à Magdalena officiuna in  
toto mundo sic depraedatum fuisset,  
nisi dentibus obreclatorum arro-  
sum fuisset. Admiratio diuinæ prouien-  
tiæ, Patientia & resignatio in ca-  
lumnijs sustinendis.

De gestis post solemnum Christi Ierofo- III.  
lyma ingressum, Matth. 21.

Mar. 11. Luc. 19.

I. Iesus cum solemni pompa Ierosolymam  
introdutus (de qualius Dominic.  
palmar. 2. part. medit.) ingressus templū  
eiecit ex eo vendentes & ementes; Et acce-  
dentes claudos & cœcos sanauit. Videntes  
autem Principes Sacerdotum & scriba mi-  
rabilia qua fecit, & pueros clamantes &  
dicen-